



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. XXIV. De insigni erga miseros misericordia, erga viles & abiectos  
comitate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

quæ rapuit ad integrum restituitis. Si enim  
 homines ciuitatis illius ad præsens nobis,  
 prout forte sumus digni, aduersantur, <sup>mentis</sup>  
 nunquid ob hoc præsumptor iste villanos <sup>dictū,</sup>  
 & innocentes quosque, nostri sub nominis <sup>factum</sup>  
 umbra, deprædabitur? Ad hoc ille per-  
 territus, & nil tunc minus auditurum  
 sese arbitratus quanto cyus discessit,  
 ex rapina nil sibi retinere præsumens  
 sua cuique multâ cum sollicitudine,  
 resignauit. Itaq; cum in GODEFRI-  
 DO multa stupeamus mirifica, ea  
 plus mirari solemus, quæ in sæculari  
 dignitate bona executus est.

## C A P. XXIV.

*De insigni erga miseros misericor-  
 dia, erga viles & abiectos co-  
 mitate.*

I Nter cætera cœlestis gratiæ dona,  
 leximia quoq; in viro Dei necdum  
 sæculi rebus exuto abundabat com-  
 passio, nec leprosos, aut quâlibet in-  
 firmæ conditionis ægrotos despexit,

C 3 adeo

adeo ut stupentibus ministris, pauperrimo cuidam apud se languenti pius atque humillimus visitator assisteret. De sordidissimo eius vasculo unà bibere non exhorruit, per omnia infirmanti se contemperans, & iuxta .Cor. 9. Apostolicam eruditionem, ita subueniens, quemadmodum sibi vellet subueniri, si eadem vel simili ægritudine laboraret.

## CAP. XXV.

*De summa in pauperes liberalitate.*

**I**llud quoque de hoc liberalissimo Imo Dei seruo nequaquam tegam filétio, quòd gladio adhuc accinctus, dum iret ad visitandū *Varlarense* conuicium cum famulo suo *Giselberto*, quem postea cōuersum vidimus, occurrit mendicus eleemosynā perens. Mox vir misericordissimus nullatenus ferens vacuum abire pauperem, *Giselberto* ait: Remansit oro quicquā in loculis? Respondit, ille etiam *Domi-*

ne,